

siccitate servavit. eodem anno Agrippa ductus Appiae, Anionis, Marciae paene dilapsos restituit et singulari cura pluribus salientibus aquis instruxit urbem.

10 Idem cum iam tertio consul fuisset, C. Sentio ^{Q.} Lucretio consulibus, post annum tertium decimum quam Iuliam deduxerat, Virginem quoque in agro Lucullano collectam Romam perduxit. die quo primum in urbem responderit, quinto idus Iunias invenitur. Virgo appellata est, quod quaerentibus aquam militibus puella virguncula venas quasdam monstravit, quas secuti qui fodderant, ingentem aquae modum vocaverunt. aedicula fonti adposita hanc originem pictura ostendit. concipiatur Virgo via Collatia ad miliarium octavum palustribus locis signino circumiecto continendarum scaturiginum causa. adiuvatur et pluribus aliis acquisitionibus. 15 venit per longitudinem passuum decem quattuor milium centum quinque: ex eo rivo subterraneo passuum milium decem dum octingentorum sexaginta quinque, supra terram per passus mille ducentos quadraginta: ex eo subtractione rivorum locis pluribus passuum 20 quingentorum quadraginta, opere arcuato passuum septingentorum. acquisitionum ductus rivi subterranei efficiunt passus mille quadringentos quinque.

11 Quae ratio moverit Augustum, providentissimum principem, perducendi Alsietinam aquam, quae vocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiae, immo etiam parum salubrem ideoque nusquam in usus populi fluentem; nisi forte dum opus naumachiae adgreditur, ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit et quod naumachiae cooperat superesse, hortis adiacentibus et privatorum usibus ad irrigandum concessit. solet tamen ex ea in Transtiberina regione, quotiens pontes reficiuntur et a citeriore ripa aquae cessant, ex

¹ apie ^c ⁴ Q. add. Pol ¹¹ uocauunt ^c (cf. *Sen. nat. quaest. III 11, 3*) ¹³ Virgo Schul ergo ^c ¹⁴ circumiecto Joc circulo ^c ^{17/8} decē^{miliū} cum transponendi signis ^c ²⁸ dum scripsi cū ^c ²⁹ pducit ^c